

Ambros.

Dignitas unidanda absque aliorum praesidio.

Albinus.

18. Psalm. 105.

Eccli. 35.

Bruno, Lyran, Carthuf, Incognitus, Hugo.

Moses honoratur Aaron tamen non defraudatur.

19.

Damian.

Petrus, & Andreas inter ceteros Apostolos crucis gloria nobilitantur.

pueris, ait, servato natiuitatis ordine. D. Ambrosius lib. de benedictionib. Patriarchar. cap. 1. & alij. Cur ergo patriarcha primo loco non benedixit dilectissimum filium suum Joseph, qui dignitate inter ceteros eminebat, totius Aegypti gubernator, ac tanquam omnium pater habebatur; sed penes in ultimo, & undecimo loco manum patris accipit? Cor saltem Judas, qui regia dignitate erat conspicuus, a quo Christus Dominus erat nasciturus, primam non vendicari nominationem? Albinus in quaestionibus in Genesis. Ordine aetatis benedictionem habent, seruans pater unicuique suum honorem. pater moriens praedicabat filiis benedictiones, & fauores caelestes, qui eis erant eventuri; & dum haec publicantur, praerogativa aetatis uniuscuiusque seruator; in illis enim benedictionibus maiora aliquando pronuntiantur adolescentiori, quam seniori, verbi gratia, Judae, quam Ruben, & Simeoni; tamen natiuitatis ordo observatur: quia caelestia dona ita uni conceduntur, ut aliorum gradum, aut dignitatem, nec minuunt, nec extenuent, sed absque alicujus praesidio condecorant, & nobilitant.

Dathan, & Abiron, ait Regius Vates psal. 105. num. 16. Iriraverunt Moysen in castris, Aaron sanctum Domini. Filii iniquitatis ob principatus ambitionem se contra Moysen, & Aaron erexerunt. Sed cur Aaron apponitur sanctum Domini, non vero Moysi? De Moysen ait Ecclesiast. cap. 45. num. 2. Similem illum fecit in gloria Sanctorum. Cur ergo non Moyses, sed Aaron dicitur sanctus: Communis Interpretum sententia Brononis, Lyran, Carthusiani, Incogniti, Hugonis, Ob pontificiam dignitatem, qua erat sanctificatus a Domino. Si enim Moyses quia dux, ac gubernator populi erat, primo narratur in loco, frater tamen Aaron a dignitate sua non defraudatur, ut sanctitatis nomine condecoratur.

Ad culmen Apostolicum evehitur Petrus, tamen Andreae sanctitatis aequali gloria, ac beatitudine muneratur. Sine dubio crucis mors cunctis excellentior, ac sacratio magisque pretiosa in oculis divinae majestatis apparet, ut testatur Petrus Damianus serm. 57. Inter cuncta sanctorum, ait, martyrii genera illud nobilissimum, illud non immerito iudicatur esse precipuum quod in ipso Redemptore nostro, capite videlicet Martyrum, cognoscitur dedicatum. Et tamen si recte consideres, inuenies, quod inter omnes Apostolos Petrus, & Andreas hac gloria sunt sublimati, ut eis Dominus gloriosam suae mortis sortem commodaverit, uterque enim in cruce spiritum exhalavit & in hac gloria aequali privilegio eos Dominus exaequavit. Idem Petrus Damianus citatus. In illam beatitudinem sempiternam eos Crux parturivit aequales; qui enim hic sunt filii Joannis, illic sunt filii crucis. Crux enim, qua eos morientes huic vita subtraxit, caelesti Jerusalem renascentes, cum triumphali gloria novos civis innoxit. Sed unde hi duo fratres pari micant gloria crucis? Quia si Petrus narratur primus in Apostolico ordine, ob Pontificiam dignitatem; Andreas suae prioritatis gloria non privatur, quod prior ad Domini cognitionem, ac familiaritatem devenit; dixi superiori quaest. Et ideo uterque ob suam prioritatis praerogativam crucis maiestate condecoratur. Idem Damianus. Andreas quidem in

Apostolici senatus catalogo secundus ponitur, qui tamen in agnitionem Domini iuxta Evangelicam fidem primus invenitur.

QUESTIO III.

Quare Christus a principio suae praedicationis elegit Apostolos?

At Matthaeus hoc c. 4. num. 17. quod Jesus cepit praedicare, & statim num 18. incipit narrare, quomodo Petrum, & Andream, Joannem, & Jacobum ad se vocat ad Apostolatam. Cor ergo statim in exordio suae praedicationis Apostolos vocat, ac eligit?

Prima, & germana solutio est, quod vocati sunt, ut efficerentur testes omnium, quae Christus gesserat: ut autem testes essent, omnia ab exordio praedicationis, ac operationum Christi inspicere debuerant. Quod autem Christus eos eligebat in testes, multis comprobatur. Act. 1. n. 8. eis dixit: Eritis mihi testes in Jerusalem, & in omni Iudaea, & Samaria. Et Luc. 24. n. 48. Vos Luc. 24. autem testes estis horum. Et Joan. 15. num. 36. & Joan. 15. 37. Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mitto vobis a Patre, spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Et ipsimet Apostoli se intellexerunt esse datos in testes Act. 2. num. 32. cap. 3. num. 25. Act. 2. cap. 5. num. 32. Nos sumus testes horum verborum. Quia quamvis Christus de se dicat: Ego testimonium ab homine accipio. Joan. 5. n. 34. quia, ut recte explicat Leontius, Theophylactus, non eger alicujus testimonio, cum in ipso sit summa veritas, & potentia ad miracula operanda, tamen accommodando se ad nostrum captum, testimonio utitur. Sicut vox illa, quae de caelo intonuit Joan. 12. num. 29. dum pater dixit, Clarificabit, & iterum clarificabo; ait Christus: Non propter me haec vox venit, sed propter vos. Similiter Joan. 11. num. 24. Ego autem sciebam, quia semper me exaudis: sed propter populum, qui circumstant, dixi, ut credant, quia tu me misisti.

Ut ergo essent testes, Christus ad se recipit discipulos, ex quibus aliqui jam conversabantur cum Domino a tempore, quo Joannes dedit testimonium: Ecce Agnus Dei, Joan. 1. n. 40. Et aliqui potuerunt esse testes eorum, quae gesta sunt in Baptismo ut Andreas, qui erat discipulus Joannis; & etiam Philippus, & Petrus, ut observat Abulensis quaest. 97. Nam quando vocati sunt a Domino prima vice, cum Ioanne erant in Iudaea. Ad quod videtur respicere Petrus, dum ait, quod oportebat eligere ex illis viris, qui erant congregati in omni tempore quo intravit, & exiit inter nos Dominus Jesus, incipiens a baptizare Joannis, usque ad diem, quo assumptus est, testem Resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis, Act. 1. n. 21. A principio autem praedicationis elegit Petrum, Andream, Joannem, & Iacobum: inchoata praedicatione eliguntur alij, ut Matthaeus cap. 9. n. 9. & illi, qui erant a principio vocati, & jam antea conversabantur, ut familiares, potuerunt testificare, & docere alios de his, quae ipsi viderant, & audierant.

Secundo. Ad quaestionem respondet D. Chrysofost. 23.

Secundo. Ad quaestionem respondet D. Chrysofost. 23.

Chrysof. Act. 4. 5

Qua homo videt, valde confidens dicit, & testificat.

1. Joan. 1.

1. Cor. 9.

Chrysof. D. Thom. Remig. Bened. ult.

24. Abulens.

Ut quis in meritis reformetur, paulatim assequi debet.

25.

Marc. 6.

26.

Valde efficax argumentum, de cuius alicuius propriis convincitur.

ost. in Imperfect. homil. 7. Vocat Apostolos, ait, ut nihil eos laeet, nec verbum Christi, nec operum, ut postmodum fiducialiter dicere possint: Non possumus nos, quae vidimus, & audivimus, non loqui, Act. 4. n. 20. In exordio suae praedicationis Apostolos ad se vocat, ut cum ipsi viderint a principio, magnam habeant loquendi fiduciam. Et ita dicebat Joan. 1. cap. 1. n. 1. Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, & manus nostra contrectaverunt de verbo vita, testamur, & annunciamus vobis. Ut Paulus suum honorificaret Apostolatam, ait, Non sum liber? non sum Apostolus? nonne Christum Dominum vidi? 1. Cor. 9. num. 1. Arguit Paulus pseudoapostolos, ac pusillanimes, qui dicebant, paulum ceteris Apostolis esse inferiorem, quia Jesum Christum in carne non viderat. His ait Magister gentium, ut notant D. Chrysofostem, D. Thomas, D. Remigius, Benedic. Just. Ego sum Apostolus, ut ceteri Apostoli: Ego libertatem habeo praedicandi meis auditoribus; nam Christum Dominum praesentem intotus sum, eumque docentem in caelo audivi, Act. 22. n. 18. & 2. Corinth. 12. n. 4. magnam enim in testificando habet auctoritatem, atque fiduciam, qui dicit ea, quae vidit, & audivit a magno, probatoque viro. Et ita Paulus redarguit eos, qui illi Apostolicam libertatem inficiabantur, quia Dominum Jesum in carne non viderat.

Tertio Abulens. 9. 97. vocat Apostolos ab exordio praedicationis, ait propter doctrinam moralem in ipsis Apostolis, quia ad compositionem morum non sufficit solum verbalis instructio, sed magis requiritur adhaesio cum eo, qui est morum magister. Et quia Apostoli futuri erant doctores orbis terrarum, non solum quantum ad praedicationis doctrinam, verum etiam in compositione morum, & totius vitae honestate; ideo instrui debuerunt per longam conversationem cum Christo, qui erat regula morum. Et ipse saepe arguebat aliquos eorum defectus, & ordinabat eos, quantum ad aliquas deordinationes morum, quae in ipsis interdum apparebant, ut arguendo eos de elatione, vel contentione, vel de infidelitate, vel similibus, ut patet infra Math. 16. n. 23. & 17. n. 16. & 18. n. 2. Marc. ult. n. 14.

Quarto. Voluit Dominus a principio suae praedicationis congregationem aliquam familiarium discipulorum sibi adhaerere, quos haberet testes omnium, quae faceret, & diceret: frequentem enim amici solum, tibi quae benevoli magnalia tua vident, & intelligunt. Vide lib. 2. cap. 6. n. 60. & lib. 3. c. 3. n. 6. & 7. Quinto maxime conveniens fuit, ut Christus haberet discipulos qui essent operarii in verbo Dei: nam Christo praedicante Apostoli multos baptizabant, Joan. 4. n. 1. Et in aliis sanctis operibus occupabantur, ita ut eis aliquando dixisset Christus Marc. 5. n. 31. Venite secum in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim, qui veniebant, & redibant multi, nec spatium manducandi habebant.

Sexto. Discipuli eliguntur a Domino ab exordio praedicationis, ut multis esset comprobata sanctitas, potestas, ac integritas motum Christi: nam Judaei Salvatorem calumniabantur, quod in Beelzebuth principe Daemoniorum egeret Daemonia. Math. 12. n. 24. Luc. 11. n. 17. Maxime ergo illis, qui optime exploratum habebant integritatem Christi Domini vitam, ut Judaei suis filiis convincerentur, falsum dicere. Deinde discipuli

puli eiciebant Daemonia virtute a Christo Domino accepta: & tamen Judaei concedere renuebant, quod discipuli expellerent Daemonia in Beelzebuth; ergo convincerentur, hoc fieri in virtute Christi, dum Daemonia eiciebant. Quo argumento contra eos usus est Christus Dominus, Luc. 11. num. 17. Si autem ego in Beelzebuth eicio Daemonia, filij vestri in quo eiciunt? Iteo ipsi iudices vestri erant. Non ait, ut notat Albert. Magn. Discipuli mei; sed filij vestri, cum de eis essent nati, ut ipsi sint testes contra eos, & ab illorum veritate convincerentur, quod nullis malis artibus usus eicio Daemonia. Nullum enim poterat esse efficacius argumentum, quam ut a suismet filiis convincerentur, ac eorum testimonio, Judaeorum malitia pateheret. Similiter in Math. Divus Paschasius, D. Thomas, Hugo, & alij.

Ut Job suos amicos confutaret, & falsam eorum detegeret doctrinam, ait eis: Secundum scientiam vestram ego novi. Prius vos essendam fabricatores mendacij, & cultores perverforum dogmatum, Job. 13. n. 2. & 4. Septuag. legunt: Novi quia vos scitis. Totus est sanctus Patriarcha, ut falsam suorum amicorum discooperiat doctrinam, utque ostendat, quam finistre de Deo sentiant. Verum ad hoc, ad quid ait: Secundum scientiam vestram ego novi? Ad quid ait, se eorum scientiam tenere, qui per donum Prophetiae ipsam penetrabat, ut ex Divo Gregor. 5. Oribius lib. 11. in Job. Secundum Greg. Orib. ait, eorum scientiam se nosse confirmat; qui sciendo caelestia, eorum terrenas cogitationes per Prophetiae spiritum transibat. Intendebat sanctus Job, falsa amicorum dogmata compellere; & eorum malignitatem, ac depravatas cogitationes, non per supernaturale prophetiae donum apprehendere divulgat, sed secundum eorum scientiam tenere fateatur: magna enim vis infertur, dum quilibet ex propria scientia, suis dictis, ac cognitione convincitur, & ligatur. Ita habet paraphrasis Bibliae ante ipsum cap. 13. Job amicos suos ex ipsorum verbis confutans, a Deo arguendos asserit.

QUESTIO IV.

Quare Dominus potius eligit hos Apostolos quam alios?

Ratio a priori hujus quaestionis, Altitudo sapientiae Dei, divinum consilium, cuius ratio est inscrutabilis a nobis, ipse enim eligit, prout vult. Moraliter vero aequalis conjectura poterit a nobis investigari. Primo Glossa Intellectualis. Quia unitatem fraternae dilectionis probavit. Cum Christus sit maxime amor charitatis, eos vocat, quos concordia copulatos vidit.

Secundo. Petrus & Andreas erant Christi familiares, ac proxime benevole in eum propensi; nam juxta ripas Jordanis, audito Joannis testimonio Andreas secutus est Dominum Jesum Joan. 1. n. 39. qui etiam ad eum adduxit fratrem suum Simonem Petrum ibid. num. 41. Filij autem Zebedaei Jacobus & Joannes consanguinei erant Domini, ut postea dicat: & bona indoles, ac voluntas consanguineorum, ac familiarium non est contemnenda, sed omni favore prosequenda, ut ipsi quantum fieri possit, honore, ac dignitate afficiantur, praecipue quando ab aliis ingenio, virtute, ac moribus non superantur, sed aequantur. Justitia lex est, ut consanguineus, ac amicus ad officium non admittatur

Alber. Mag.

Paschas. D. Thom. Hugo.

27. Tob. 13.

Septuag.

Greg. Orib.

Paraphr.

28.

unitas, ac concordia, placet Deo.

29.

X

Amici, ac consanguinei sunt beneficio profecti.

tur, quando indignus non invenitur, vel ab aliis virtute multum superatur. At vero si moribus aequalis consistit: prudente regula dicitur, ut quia cognatus, ac familiaris est, non detrimentum, sed potius augmentum suscipiat. Et ideo omni studio est invigilandum, ut hujusmodi omni beneficio condecorentur, ac extollantur.

30.

Daniel. 1.

Debes procurare, ut tui honore, ac dignitate condecorentur. Theodot.

31.

Carthuf. Amici officio sunt honorandi.

Ob explicatum somnium Daniel constituitur a Rege Nabuchodonosore Princeps super omnes provincias, & super cunctos magistratus, praefectus, & sapientes: Et statim dicitur, Daniel postulat a Rege. Et constituitur, super opera provinciae Babylonis Sidrach, Misach, & Abdenago Dan. 2. n. 49. Sanctus Propheta, cum munera publica obtineret, ac esset Princeps super provincias, cur non pro aliis deprecatur sed pro amicis, & familiaribus: Noverat enim eos Daniel esse omni merito expolitos, & in nullo aliis inferiores, & ideo maxime affectavit, ut sui cum ipso omni honore, ac dignitate nobilitarentur. Theodoretus, Daniel, ait, quae speraverat consecutus ostendit erga proximum dilectionem, & participes eorum. quia accepterat, fecit tribules suos. Cum Daniel accepisset potestatem, statim praefecturae, ac principatus facit participes tribules suos.

Cum David clavum regni teneret, Jacob constituit principem militiae, ac generalem ducem exercitus 2. Reg. 8. num. 16. ac 3. Reg. 1. num. 1 & Paralip 27. num. 34. Et tamen si legas catalogum virorum fortium David, invenies triginta septem Heroas 2. Reg. 23. a num. 9. qui exercitus profligabant, Leonem interficiebant. Imo, quod magis est, in hoc illustrium catalogo non scribitur Iob. Cur ergo ipse potius, quam aliquis ex illis triginta septem praeficeretur dux militiae? Iob virtute bellica, ac pugnandi dexterritate non erat ceteris inferior; & alias erat vel benemeritus erga David: multa enim ei praestiterat obsequia ut observat Carthusianus 3. Reg. cap. 2. Imo, ut volunt Hebraei, fuerat ejus Individuus comes, ac familiaris, dum fugerit a facie Saul; & magni ingenij est, contribules suos, ac familiares, alias benemeritos, omni favore prosequi, & sui honoris ac dignitatis participes facere.

QUESTIO V.

Quare Dominus vocaverit hos Apostolos binos, & fratres.

32.

33. Pelusior.

Vocat Dominus hic ad se Apostolos binos, & fratres: nam elegit Petrum, & Andream fratres; simul Jacobum, & Joannem germanos. Et maxime ponderandum, quod aliquando viderat Dominus Andream sine Petro, Joannis 1. num. 40. & tunc eum non vocat, sed quando simul erat cum Petro. Et similiter valde probabile, quod aliquando viderat solum Jacobum, & tunc eum ad se non attrahit, sed quando simul aderat cum Joanne.

Respondetur primò: Isidorus Pelusiora lib. 1. epist. 9. Discipuli illi, ait, qui primi a Domino vocati sunt, duo fratres existerant; ex quo statim per ipsa initia sapientissimus Salvator illud indicavit, se discipulos omnes suos fraterno amore copulari vellet. Quae cum ita sim, nihil charitati anteposendum ducamus, quae quidem omnia inter se devincit, atque in virili concordia conservat. Vocavit Do-

minus binos propter eximiam charitatem, quae suos connecti voluit: ideo vocavit fratres, ut ait Abulensis quæst. 103. quia ipsa propinquitas sanguinis auget quendam gradum amoris. Et quamvis Dominus omnes non vocaverit binos, & fratres, tamen ad id significandum sufficiebat, quod essent aliqui; & praecipue illi, qui in exordio sunt vocati. Unde ait Chrysolostus, citatus ab ipso Abulensi: Super charitatem fraternitatis Ecclesiae posuit fundamenta, ut ex radicibus charitas exuberans, quasi humor a se, dat in ramis. Si enim charitas viget in Prælato, in radice; deinde in omnes, tanquam in ramos derivatur. Et ad hanc vehementem charitatem nobis in standam Dominus non vocavit tres fratres, sed duos, ut totat Palatius, quia amor minor est inter tres, quam inter duos.

Secundò Deus olim fundavit Synagogam super unam fraternitatem, nempe super Moysen, & Aaron, qui totius populi principes erant. At suæ Ecclesiae jaciens fundamenta, non unam tantum fraternitatem Petri, & Andreæ, sed etiam aliam germanitatem Jacobi, & Joannis apponit. Imperfect. hom. 7. Quoniam, ait, abundantior est gratia novi testamenti, quam veteris; ideo primum populum edificavit super unam fraternitatem; nunc autem super duas. Adde Christus Dominus est amator charitatis, ut multipliciter illius nobis commendetur: nam si antea in Synagoga unus erat simplex spiritus charitatis, nunc vero in lege gratiae duplex, imò & multò abundantior exigitur, ac requiritur, ut duplicatis charitatis vinculis coarctemur atque ligemur. Et ita nota, quod vocat Petrum, & Andream mittentes rete, Jacobum, & Joannem reficientes: quos enim vocat, non solum erant uniti, ac copulati sanguine, sed etiam similitate, ac paritate laboris, & intentione operis. Et in hoc maxime laudabiles, quod cum essent ejusdem artis opifices, non erant animo disjuncti, sed maxime amore conglutinati, atque uniti.

Tertio Glossa interlinealis ad illa verba: Vidit duos fratres Simonem Petrum, & Andream: Quia unitatem fraternae dilectionis probavit, sine qua nullus in ordine Prædicationum admittitur. Eliguit Dominus Apostolos, ac Prædicatores, in quibus charitas comprobata demonstrator: ad docendum enim maxime hæc optatur, ut doctor, ac Prædicator audientium insipientias possit patienter ferre, ac sustinere. Deinde, quia Prædicator debet esse maxime addictus ad charitatem insinuandam in populo: Et ideo eliguit discipulos fraternae charitate conglutinatos, ut non solum verbo, sed etiam exemplo doceant. Euseb. Gallican. hom. in festo S. Andreæ. Sicut, ait, ipsi secundum carnem fratres erant, & ita ceteros fide, & dilectione fratres esse doceant. Et ad hoc exemplum charitatis in suis Prædicatoribus firmandum, Dominus binos vocat ait D. Thom. Utrumque enim ad charitatem pertinet, quae consistit in dilectione Dei, & proximi; ideo binos elegit, binos ad prædicandum misit. In modo mittendi, & vocandi, amorem Dei, & proximi inculcavit. Nota proximè citata verba Glossæ: Unitatem fraternae dilectionis probavit. Magnam documentum, quod Christus, cum sit sapientia Dei, unitatem probavit ad eligendum, ut nos discamus, eos, quos ad dignitates vocamus, di-

magno experimento probare, & examinare. Quartò D. Petrus Chrysologus serm. 28. Quare Christus, ait, ad virtutis officium, pauperes sic elegit: Petrus, Andreas, Jacobus, & Joannes, germani

Dominus diliget charitatem. Abulens. Christus maxime vult, ut inter nos sit charitas. Chrysolost.

34.

Lex gratiae perfectior lege veteri. Magna charitas vult Christus in suis.

35. Interlin.

Doctor, ac Prædicator magnam habeat charitatem.

Gallic.

Prædicator charitatem doceat suo exemplo, & modo incedendi. D. Thom.

Eligendi experientia comprobantur.

36. Chrysolog.

germa

Chrysol. Ita Christus pauperitatem diligit: ut duplicatam velit.

37. Alber. Mag.

Proverb. 18.

Potestas quævis magna debet jurari ab aliis opere, & consilio. Carthuf. Bonum consilium custodit: ac firmat civitatem.

38.

Prælati se habeat ut in subditos non ut in servos.

39. Exod. 7. Num. 11.

Septuag.

Psal. 76.

Basilius. Rupert. Lyrani. Abulens. Lyppoman. Hugo. Cajetan. Ioan. de la Haye.

Exod. 32.

germanitas combinata, imò congeminata pauperitas. Non solum unum fratrem pauperem eligit Dominus, sed duplicem: nam, dum cum Petro addocitur frater ejus Andreas etiam pauper, & cum Joanne Jacobus similiter pauper, absque dubio in quolibet congemnatur, & duplicatur pauperitas. Ita illius amator est Dominus, ut non solum unam, sed duplicatam, ac multiplicatam in suis velit pauperitatem.

Quintò Albertus Magnus. Duo sunt, quia quantumcumque sit aliquis magna dignitatis, & potestatis, necesse est, quod in multis imitari alteri, & juvetur ab ipso. Proverb. 18. num. 19. Frater, qui juratur a fratre; quasi civitas firma: & judicium eorum, quasi caeteris urbium. Petrus futurus totius Ecclesiae Pontifex, eligitur ad Apostolatam simul cum fratre suo; & Jacobus primus Episcopus Jerosolymitanus cum fratre, quique enim quantumvis eminent potestate, debet opere, & consilio juvari ab aliis. Ita explicat Carthusianus ad citatum locum Proverbiorum. Proximi, ait, se charitativè servantes consistit, & affectu, quasi civitas firma, in qua ovis se invicem jurant, & tuerentur contra hostes. Hinc Christus misit discipulos suos combinatos ad prædicandum. Expende illa verba, & judicium eorum hoc est, discretionem, ac consilia ex mutua eorum collatione prolata, aded firma sunt, sicut caeteris urbium, quæ moriunt civitates.

Sextò Vocatur Petrus ad Apostolatam cum fratre suo Andrea. Sed si divina dispositione sanctum erat, ut simul cum alio eligeretur, cur alter ei non assignatur, nisi frater suos Andreas. Trahitur Petrus, qui constituendus erat caput, & pontifex totius Ecclesiae, & nullus alius ei comes in vocatione datur, nisi ex sanguine naturalis frater; ut inde deprehenderet, quod ipse eligebatur, ut esset illorum caput, qui ab eo tractandi erant, atque habendi, non ut servi, aut famuli, sed ut fratres, ac carne, & sanguine intime conjuncti.

Ait Deus ad Moysen: Ecce constitui te Deum Pharaonis, Exod. 7. n. 1. At populus Israël ita ei committitur, ut ipse dicat: Nemoquid ego concepi hanc multitudinem, ut dicas mihi: Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum? Numer. 11. n. 12. Septuaginta apud Cornelium. Sicut portare solet nutrix, vel mater; & Psal. 76. num. 2. dicitur: Deduxit, sicut oves, populum tuum in manum Moysi, & Aaron. Quare ergo Moyses constituitur super Pharaonem tanquam Deus, super Israël vero ut mater, nutrix, vel pastor? Cur sicut pharaonis, non etiam Hebræorum Deus constituitur? Et augetur difficultas. Quia, juxta communem sententiam D. Basilii, Ruperti, Lyrani, Abulensis, Lyppomanii, Hugonis, Cajetani, Joannis de la Haye, & omnium ferè, dum Moysi dicitur: Constitui te Deum Pharaonis, hoc est: Tibi committo excellentias, ut instar Dei, possis ei præcipere, comminari, nocere, & subvenire, quod fecit per decem plagas in Ægyptum illatas. Sed hæc eadem Moyses ipse præstitit erga populum, passim multa præcipiendo; comminando, ne incidere populus in iram Dei; nocendo; nam post adortum vitalium, filii Levi fecerunt occisionem magnam Exod. 32. n. 26. & alia multa. Quod autem ipse in multis subveniret populo, nihil est magis manifestum, ita ut ipse dicitur: Ant dimitte

Sylveira in Evang. Tom. 11.

eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, Exod. 32. n. n. 31. Cur ergo dicitur Deus Pharaonis, & non populi Deus? Pharaon, ac populus Ægyptius Moysi committitur, ut instar Dei in eos, potestatem dominativam exercere valeat, ut in servos eosque tanquam famulos, & servos subjungere, atque cum eis, tanquam cum servis agere queat, ut ibi explicat Cornelius à Lapide. At per respectum ad Hebræorum populum datus erat Moyses à Deo ut Præsul; & ideo non dicitur constitui super illum, ut Deus, sed ut mater, nutrix, & pastor: quia Prælati per respectum ad inferiores non se debet considerare ut Deus, ut eis dominetur, ac imperet tanquam servis, sed se exhibeat ut mater, nutrix, ac pastor, qui cum suis agit, ut cum filiis, ac ovis, quos tenerè diligit. In hanc cogitationem eleganter ait D. Bernardus, serm. Bernard. 32. in Cant. Audiant Prælati, qui sibi commissis imper volunt esse formidini, utilitati raro. Evadimini qui judicatis terram: discite subditorum matres vos esse debere, non Dominos; matres fovendo exhibeatis producite ubera, pectora lacte pinguescant.

Loquitur Nathan cum David, numerando ei beneficia à Deo collata: Ego tui te de libro sequentem greges, ut esses dux super populum meum Israël, 2. Reg. 7. num. 8. Sicut ipse David ait de se: De post servantes accepit eum, & parere Jacob servum suum, & Israël hereditatem suam, Psal. 77. n. 7. Et iterum ipse Nathan loquens cum David eique dona à Deo data recensendo ait: Ego tui te de manu Saul, & dedi tibi domum Domini tui, & uxores Domini tui in sinu tuo, 2. Reg. 12. n. 8. Ex quo mihi suboritur dubium? Cur dicitur, ut pater Spiritus Saulem regnantem appellat dominum. Domum Domini tui: at verbò Davidem imperantem, ac sceptrum Israël tenentem, non Dominum sed ducem, seu pastorem dicit: Passere Jacob, seu ut alij vertunt: Ut esset pastor Jacob servus sui? Nonne æquali potestate, ne dicam majori, David, ac Saul, regnabat? Cur ergo ille dicitur Dominus, iste vero dux seu pastor? Saul totus iniquus erat superbia, ac elatione repletus; at vero David justus, & rectus secundum cor Domini, ille, ut iniquus, se habebat tanquam Dominus in servos, iste autem, ut bonus, & rectus, tanquam pastor in oves, dux in commilitones. De optimo Principe dixit Aristoteles 8. Ethicor. cap. 1. Cum sit bonus Rex, curam suorum habet quo bene se habeant, ut pastor ovium.

Prælati se habeat ut in subditos non ut in servos.

Prælati se habeat ut in subditos non ut in servos.

QUESTIO VI.

Quare Dominus ad suum Apostolatam homines simplices, ac pauperes eligit?

Impii Porphyrius, ac Julianus Imperator, ut refert Salmeiron. tom. 4. part. 1. tract. Salmeiron. 25. objiciebant Christo, quod asciverit ad suum Apostolatam, ac consortium homines simplices, & ignorantes, quibus posset facile verba dare absque eo, quod valeret ejus vivendi modum apprehendere. Sed isti falsissimi impostores, ac blasphemii, unde putant, aliquid de Christi magnitudine detrahere, inde magis ejus divinitas, ac majestas patet, ac declaratur, ut solutiones quæstionis ostendunt; pro ejus etiam enucleatione vide lib. 2. c. 4. q. 5.